Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1210
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



30
37

Deus iudicium tuum regi da: et iustitiam tuam fi
lio regis. Iudicare populum tuum in iustitia
et pauperes tuos in iudicio. Suscipiant mon
tes pacem populo: et colles iustitiam. Iudicabit pauperes
populi et saluos faciet filios pauperum: et humilia
bit calumpniatorem. Et permanebit cum sole et ante
lunam: in generatione et generationem. Descendet
sicut pluuia in uellus: et sicut stillicidia stillantia
super terram. Orietur in diebus eius iustitia: et abun
dantia pacis donec auferatur luna. Et dominabitur a
mari usque ad mare: et a flumine usque ad terminos
orbis terrarum. Coram illo procident ethiopes: et inimi
ci eius terram lingent. Reges tharsis et insule mu
nera offerent: reges arabum et saba dona adducent
Et adorabunt eum omnes reges: omnes gentes ser
uient ei. Quia liberauit pauperem a potente: et pau
perem cui non erat adiutor. Parcet pauperi et inopi
et animas pauperum saluas faciet. Ex usuris et iniqui
tate redimet animas eorum: et honorabile nomen eorum
coram illo. Et viuet et dabitur ei de auro arabie:
et adorabunt de ipso semper: tota die benedicent ei. Et
erit firmamentum in terra in summis montium: super exal
tabitur super libanum fructus eius: et florebunt de ciuitate
sicut fenum terre. Sit nomen eius benedictum in secula
ante solem permanet nomen eius. Et benedicentur
in ipso omnes tribus terre: omnes gentes magnifi
cabunt eum. Benedictus dominus deus israel: qui facit
mirabilia solus. Et benedictum nomen maiestatis eius
in eternum: et replebitur maiestate eius omnis terra fiat fiat
amen. Esto michi domine in deum protectorem. Ant. Liberasti psalmus
Quam bonus israel deus: his qui recto sunt cor
de. Mei autem pene moti sunt pedes: pene